

dat et in vnus de exercitu eius. Et cum
audissent viri illi verba eius. considera-
bant faciem eius. et erat in oculis eorum
stupor: quoniam pulcritudinem eius mi-
rabantur nimis. Et dixerunt ad eam. Co-
seruasti animam tuam eo quod tale reperi-
sti consilium ut descenderes ad dominum
nostrum. Hoc autem scias: quonia cum
steteris in conspectu eius bene tibi faci-
erit. et eris gratissima in corde eius. Du-
xeruntque illam ad tabernaculum holoser-
nis nunciantes eam. Cumque intrasset ante
faciem eius: statim captus est in suis
oculis holoserne. Dixeruntque ad eum sa-
tellites eius: Quis contemnat populum
hebreorum qui tam decoras mulieres ha-
bent: ut non pro his merito pugnare con-
tra eos debeamus? Vidēs itaque iudith
holosernem sedentem in conopeo quod
erat ex purpura et auro et sinaragdo et la-
pidibus preciosis intextum. et cum in fa-
ciem eius intendisset adorauit eum pro-
sternens se super terram. et eleuauerunt
eam serui holosernis iubente domino
suo.

XI.
Unc holosernes dixit ei: Equo
animo esto et noli pauere in cor-
de tuo quoniam ego nunquam no-
cui virum qui voluit seruire nabucho-
donosor regi. Populus autem tuus si
non contempsisset me: non alleuisssem lan-
ceam meam super eum. Nunc autem dic mihi qua
ex causa recessisti ab illis. et placuit tibi
ut venires ad nos? Et dixit illi iudith.
Sume verba ancille tue: quam si securus
fueris verba ancille tue: perfecta rem fa-
ciet dominus tecum. Venit enim nabuchodonosor
rex terre. et viuit vir eius que est in te
ad correptionem omnium animarum errantium:
quam non solum homines seruiunt illi pro te: sed et
bestie agri obrepunt illi. Nunciat enim
animum tuum industria vniuersis gentibus. et
indicatum est omni seculo quonia tu solus bo-
nus et potens es in omni regno eius. et

disciplina tua omnibus prouincijs pre-
dicatur. Nec hoc latet quod locutus est
achior. nec illud ignozatur quod ei iusse-
ris euenire. Constat enim deum nostrum sic
peccatis offensum: ut mandauerit per pro-
phetas suos ad populum quod traderet eum pro
peccatis suis. Et quonia sciunt se offen-
disse deum suum filium israel. tremor tuus
super ipsos est. Insuper etiam fames iua-
sit eos et ab ariditate aque iam inter mor-
tuos computant. Denique hoc ordinat-
ur ut interficiant pecora sua et bibant san-
guinem eorum. et sancta domini sui que precepit
deus non contingi. in frumeto vino et oleo
hec cogitauerunt impedere. et voluit
conuincere que nec manibus deberent con-
tingere. Ergo quonia hec faciunt: certum
est quod in perditionem dabunt. Quod ego
ancilla tua cognoscens fugi ab illis. et mi-
sit me dominus hec ipsa nunciare tibi. Ego
enim ancilla tua deum colo etiam nunc apud
te. et exierit ancilla tua et orabo deum. et dicet
mibi. quando eis reddat peccatum suum. et
veniens nunciabo tibi: ita ut ego addu-
cam te per mediam hierusalem. Et habebis
bis omnem populum israel sicut oues qui-
bus non est pastor. et non latrabit vel v-
nus canis contra te quonia hec mihi di-
cta sunt per prudentiam dei. Et quam iratus
est illis deus: hec ipsa missa sum nuncia-
re tibi. Placuerunt autem omnia verba hec co-
ram holoserne et coram pueris eius. et mi-
rabantur ad sapientiam eius. et dicebant al-
ter ad alterum. Non est talis mulier super
terram in aspectu. in pulcritudine et in sen-
su verborum. Et dixit ad illam holosernes.
Benefecit deus qui misit te ante popu-
lum: ut des illum tu in manibus nostris. Et
quoniam bona est promissio tua: si fecerit
mibi hoc deus tuus. erit et deus meus.
et tu in domo nabuchodonosor magna
cris. et nomen tuum nominabitur in vni-
uersa terra.

XII.